


**P**tolemeus Lagi  
Stratis Jacobiphilippi Bergomensis ordinis Eremitarum dñi Augustini i  
omnimoda historia nonnulla congetra Chronicarum supplementu appellata. Li  
ber septimus feliciter incipit vsq; ad Christum.



## Lerander itaq; moriēs regnū

inter duodecim eius socios partitus est. In qua divisione  
Phitonī maiorē. Ladomitanō minorē. Syriam Antigo-  
no Philippi filio Phrygiam maiorē. Seleuco Nicānorī  
Antiochī filio sumam castroz. Ptolemeo Lagi filio Egy-  
ptum: atq; seriatim alia alijs assigauit. Huiusmodi tū te-  
stamētaria partitio effectū sortiri nequivit: eo q; ex ipsis q;  
tuor iuxta Danielis prophetā. xl: abiectis reliqs impauerūt. Nā Danielis prophetā  
de Alexātri regno sic bz. Surget rex magnus et dñab; p̄tate m̄lta: et faciet qd̄ pla-  
cuerit ei: et cū steterit p̄teret regnū ei: et diuidet i q̄ttuor celi vētos: s; nō i posterio  
res eius (vt apertissime videmus) neq; bīm potentiam eius qua dominatus ē. lace-  
rabit inquit regnū eius: et in externos: exceptis bis. Et p̄forab; rex Austrī: et de  
principib; eius p̄nalebit sup eū. Plane Ptolemeus Lagi filius. Philippus Alexā-  
tri Selenc; Nicānor: et Antigonus soli regnauere: Ptolemeus v3 sup Egyptios.  
Selencus sup Syrios: et reliqua orientalia regna. Antigonus super Asianos Ly-  
dos: Thraces et Ibellespontiacos teneentes principatū bīm dīnītōes iter ipsos post  
Alexandri obitū factas. Noz Antigonus Bonoculus vir vtiq; neglīm federa-  
prior violauit: propter quod multe lites: cruentissimaq; bella exorta sunt. Juxta (vt  
ita dixerim) Alexandri vaticinium. Predixerat enim se pene oculis videre quā-  
sanguinis post eius mortem fūsura esset Macedonia ī emulationis certamie: quā-  
tis cedibus: quoue cruce mortuo parentatura.

**P**tolemeus igit; Lagi fili: primus egyptior; rex anno. 283° Judaice captiui-  
gnare cepit: et regnauit annis. 40. Hic Lagi Gregarii militis filius fuit qui  
sicut Justinus. 13. 2. 17. epit. refert: sua virtute p̄ris bumilitatez excedens ex p̄ciuis  
vnus Alexādro magno factus ē: post cuius mortē egyptiū: ap̄bricā: et magnam Ara-  
bie partē: tāq; amplum successoribus suis reliquit sp̄lēdōrē: vt ab eo subsequentes  
egyptii reges Ptolemei diciuntur. Hic prīmū regē Epyrotaz iō inimicum populo  
Ro. q; Samnitib; opem tulerat: p̄tra eos ī regnum suū restituit: vnde a romāis fue-  
rat expulsus. Et deuicto Demetrio Antigoni filio Asie minoris rege: portionē re-  
gni Syrie Seleuco restituit: quā Antigonus eisdē abstulerat: p̄ legatos Alexādrē  
nos a se missos sibi romanor; amiciriam impetravit. Regno quoq; suo Syriam et  
Iudeam adiecit. Et dū indeis nō liceret sabbato mouere arma: ascendēs bierusalē  
sub simulatione sacrificandi deo nullāq; contradictionem inueniens multos ex ea  
et de Bariz captiuos traduxit: quos in egyptum reuersus rediōni exposuit. Sic  
q; a negotiatorib; diversarum nationū per varios mundi angulos dispersi sunt.  
Ex his fuere illi de quibus dī in actibus apostolor; c. 2. q; p̄uenerant ī bierusalem  
viri religiosi ex omni natione que sub celo est.  
Philippus qui et Aridens Alexandri magni frater. i5°. Macedonum rex: hoc ipso  
anno quo et Ptolemeus ab Macedonibus regnare cepit: et regnauit annis. 7.

**G**iroz regum principium hinc sumitur.  
Syria autem regio Asie ē: que ab oriente (vt in superioribus diximus) fluuo Eu-  
phrate: ab occidente nostro mari: et egypto terminatur: a Septētrione vero habet  
Armeniā et Cappadociam: a meridie sinum arabicum. Est ā quadruplex Syria.  
Prīma Mesopotamie Syria nuncupatur: inter Tygrim et Euphratem consti-  
tuta: in qua Edissa vrbs que et Rages nominatur: quam Nembroth filius Chus  
(teste Isidoro) condidit: quando s.e Babylonia in Asiam transmigravit. Secun-  
da est Leles sine Cœlosyria: in qua est Antiochia vrbs insignis. Tertia P̄henicis  
Syria dī in qua Tyrus ē Metropolis. Quarta vocat Syria Damasci: q; in ipsis  
ē Damascus vrbs et mons Libanus.

4887 312

Ptolemeus

Selencus vius ex Alexandri principibus; primus post Alexandrum Syrie regnum obtinuit; sed regni sui parte amplam Antigonus violenter inuasit: quam Ptolemeus Lagi filius post obitum Antigoni denicto Demetrio ei filio asie rege anno. 15<sup>o</sup> regni ipsius Ptolemei Selenco restituit. Et tunc Selenco restitutus regno regnare cepit: regnauitque annis. 32. De hoc Selenco Apianus historicus grecus sic: de bello Syrico sic inquit. Seleucus audio cum Alexandri camillus adhuc esset per longum tempus equitanti pedes astitisse. Cumq[ue] ex labore deficeret apprebesa equi canda inseguiri persuerasset. Taliu vero extremam acie regi teli fronte eius perstrinxisse: statimq[ue] cruento effuso: Alexandru[m] cum tenta carceret dyadema proprio obligasse vnlus dyadema ex cruento fedatum esse. Ob hec Alexandrum vatem inspecto eo predictissime ferunt: regem illum futurum quidem regem cum maximo labore regnaturum: quod et verificatum fuit. Nam continua laboribus usq[ue] ad octogenarios annos semper bellum gessit. et depugnans tandem extinctus est. Hic Selencus Amiochiam: Leodiciam: Selenciam: Apamiam: Edessam: Heronicez: et Pelli: urbes in asia minori condidit.

Pontifex. 5.

4891

Quias Iadi pontificis filius septimus hebreoruz pontifex anno. 4<sup>o</sup> regni Ptolemei Lagi filii: priu[er]i in pontificatu successit: et sedit annis. 17. Iu[n]ius Onic dignitate et saetitate leges optime apud iudeos custodiebantur. et civitas hierusalem habitabat in omni pace. Quapropter gentium reges ciuitatez ipsaz: et templu sumo in honore habuerunt maximisq[ue] ornarunt muneribus.

Samnitum regni finis.

4892

Sammites cum diuissime contra romanos preliati essent. tandem anno. 5<sup>o</sup> regni Ptolemei Lagi filii. p. Cornelio Russino. et Lurio dentato consulibus romani eos inservitutem redegerunt: et ita (ut Livius scribit) ruinam ipsaz diuiserunt: ut bodie Samnum in ipso Samnio queratur: nec inneniri facile possit. Et tunc bellum quod cum Samnitib[us] per annos. 49. durauerat: sublatum est. nec ullus intra italiā fuit qui Romanorum virtutem amplius fatigaret.

Agatocles his diebus (Eusebio teste) apud Siciliam tyrannidem exercuit. Qui ut Plutarchus et Justinus i. 2. ep[ist]r. scribit ex humili et sondido genere natus: propter vestigio non honestiorum pueritiam quam originem habuit. Quippe eius forma et corporis pulchritudine egregius esset: dia sui corporis stupor[um] sustinuit. Exacta vero pudicitate ad feminas se transtulit. Inde ad virtutem sexum probrosus vitam latrociniis mutauit. Interfecto tempore Syracusas concessit: gregariamque militiam sortitus est: in qua nec minus tunc in seditiosa quam antea turpi vita in omne facinus perpetrissimus videbatur. Nam et manu strenuus et in concionibus perfacundus habebatur. Breui itaque Centurio deinde tribunus militum factus. primo bello contra hostes magna experientia sui dedit syracusanis: ut in locaz demortui ducis sufficeretur: cuius uxorem adulterio cognitam post mortem viri accepit in coniugem. Nec contentus quam de inope repente diues factus esset: piraticam aduersus patrem exercuit. Bis occupare imperium syracusanum tentauit: bis in exilium actus est. Sed non multo post modo pac[em] a syracusano populo data fuit: verum etiam eorum pretor est constitutus. Qui mox potentissimos quosque viribus principes interfecit: et omnem senatum: doctos insuper et locupletes occidit. Post lectis militib[us] conscripsit exercitus: et contra carthaginenses diuissime bellavit: multosque prostravit. Ad postremum in italiā spe ampliandi regni traiecit. Sed cum deceptus fuisse ob indignationem morbum contraxit: quo tuto corpore comprehensus per omnes neruos pestifero humore cruciatus est. Ex qua desperatione bellum inter filium ne potemque eius oritur: regnum itaque quasi mortui vendicantibus.

4893

Olympias Alexandri matre cuius iussu rex Eridens in Macedonia fuerat occisus: anno sexto post Alexandri mortem a Lassandro exercitus ductore interficit. Que cum perimeretur: gladium non refugit: nec ante vulnera muliebriter vociferavit: sed velut vir fortis pro veteris prosapie gloria morti succubuit: ut Alexandrus in moriente matre facile conspiceres. Que confessa dum spiraret (ut scribit Justi)

**Ptolemens Lagi**  
nus capillis et veste crura contexit: ne quid in eius corpore indecori videri posset.  
**Hic** Lassander omnem regiam stirpem quasi deleuit: non vxoribus: non infantibus parcens.

**Allie regnum hic incipit.**

**Antigonus** Philippi regis filius: mortuo **Alexandro magno Olympiade**, iis. anno. s. sexto regni Ptolemei primus in asia regnare cepit: et regnauit annis. iis. **Hic** unus ex Alexandri principibus fuit: qui propter immanitatem et superbiam multa bella gessit: ut constat ex. iis. 2. 14. **Justini libro.** **Hic** Perdicam virum strenuum cui Alexander moriens tanq; heredi anulum tradiderat: et Eumenez eius fratres necnon et Polyperonta: et alios aduersus factionis duces interfecit. Verum cum a sociorum fidelitate diuertislet. **Ptolemeus Lagi** filius et Lassander cum Lysimacho et Seleuco inita societate terra mariq; bellum instruxerunt: et adunatis omnibus copiis prelium cum Antigono et Demetrio eius filio p̄miserunt. In quo Antigonus ipse occisus fuit: et Demetrius fuga salutem petiit.

**Lassander** Antipatri filius decimus sextus **Hacedonum rex anno. 7.** regni Ptolemei Lagi filij defuncto Philippo et Arideo Alexandri filio necnon et Olympiade Alexandri matre (que mortuo Arideo eius primigno parum regnauerat) regnauit **Hacedonibus annis. 19.** **Hic** postq; Olympiadem confodisset: ne Hercules Alexandri filius qui iam annos. 14. excesserat paterni nominis fauore in **Hacedoni** cum regium vocaretur eum secreto occidi iubet: vna cuz Barsana matre: que Barsis perlarum regis soror fuerat: eorumq; corpora terra obui ne sepulchrum prode retur. Post alium Alexandri filium cuz Roxane matre pari fraude interfecit. **Hic** vxor Thesalonica fuit: ex qua Antipatrum et Alexandrum genuit.

**Lysimachus** Lassandi regis socius: unus ex Alexandri magni principibus hoc tempore vna cum Lassandro cum audisset q; Antigonus et Ptolemeus Lagi filius se reges a populo nominari insisterent: sibi etiam regiam maiestatem vendicauit. Hac usq; in illum diez: quis regias habuissent opes. nomina tamen regia sibi equo animo cauerat. **Hic** Lysimachus illustri **Hacedonie** loco natus fuit: sed virtutis experientia: omni nobilitate (vt Justinus scribit) clario extitit: que tanta in illo fuit vt cum magnitudine philosophia: virtutemq; gloria: omnes per quos oriens domitus evicerit. Galathenis enim philosophi auditor fuit: quem cum Alexander obtulasset: in carceremq; trusisset ei venenum in calamitatis remedium dedit. Quod cum audisset Alexander ita egre tulit: vt ferocissimo leoni eum obisci iussiterit. Sed cum ad aspectum eius concitus leo impetum fecisset: manum amiculo innolutam: Lysimachus in os leonis immersit. arreptaq; lingua feram occidit. Quo auditio Rex eum propter virtutis constantiam postea cariorum habuit. Lysimachus quoq; magno animo regis veluti parentis contumeliam tulit. Quod quidem auspiciu[m] prium regalis maiestatis Lysimacho fuit. Sed et post mortem Alexandri: cuz iter successores eius prouintie diuiderentur ferocissime gentes quasi omnium fortissimo ei assignate sunt: qui omnium consensu virtutis palmam inter ceteros ferret.

**Hachabeorum libri.**  
**Hachabeorum hebreia historia** (vt Eusebius scribit) hinc grecoruz supputat regnum verum libri inter divinas scripturas non recipiuntur. Ecclesia tamen ut patet. 18. de ci. dei. c. 35. habet eos pro canonis: propter quorundam martyrum mirabiles passiones. Qui anteq; dei filius carnem sumpsisset: pro dei lege usq; ad mortem gravissima tolerauere tormenta. Et licet Hachabeoz duo dicantur. sicut tamen historiam unius tantum est liber: cum in secundo non fiat historie prosecutio: sed pro parte recapitulatio. Non est ergo liber is qui secundus dicitur: sed Jude et bierosolyme senatus epistola: quam dispersioni iudeoz in diuersis regionibus orientis scribit. Vicuntur autem Hachabeoz libri: q; prelia fratru Hachabeoz a Iuda Hachabeo cognomitorum cotineat. Et quo in primo li. c. 3. d2. Surrexit autem Judas vocabatur Hachabeus qui interpretatur p̄tgens vel p̄tector: vnde de eo dicit primo Hachabeoz 3. q. p̄tgebatur casta gladio.

4894

m 2

**Ptolemeus**

**F**abricius Romanorum consul vir sane fidelis continentissimusque: de quo **Poetius**,<sup>2</sup> de **Conso**, li. c. 7. meminit dicens. **U**bi nunc fidelis ossa **Fabricii**: his temporibus multis virtutibus apud romanos ornatussumus habetur. **Q**uez cu[m] romani ad **Pyrrhum** Epyrotarum regem pro redimendis captiuis legatum mississent: sciens illuz **Pyrrhus** pauperem quartam regni sui partem: si ad ipsum transiret ei obtulit. **F**abricius autem **Pyrrhum**: eiusque pollicitationem contempnit: se malle pauperem in divite imperio: q[uod] divitem in paupere imperare dicens. **Q**uia ob cauas ingenti ad miratione cum teneretur **Pyrrhus** legatum misit qui cu[m] romanis de pace ageret. **I**ntericto autem anno dux contra **Pyrrhus** a romanis missus est. **Q**uem **Pyrrh** cum tentasset auro in amicitiam allucere. **F**abricius repulit aurum dicens: **R**omanos non querere divitias: sed vt divitibus impent. **T**unc quoque cum rex et **F**abricius vicina haberent castra. **P**yrrhi medicus noctu ad **Fabricium** venit: promittes veneno se **Pyrrhum** necaturum: si sibi quicquid polliceretur. **Q**uem mox vinctum **F**abricius subridens ad **Pyrrhum** iussit perduci cum doli denunciatione. **T**um rex admiratus ait. **I**lle est **F**abricius qui difficilius ab honestate q[uod] sola cursu suo auerti potest. **P**redicabilis plane fuit **F**abricius continentia que non modo inter cives suos spectata: sed ipsi quoque hosti stupori fuit. Ideoque cum moriens nibil ihereditate preter famam reliquisset: **S**enatus sua liberalitate filiam eius dotatam coniugio tradidit.

499 4900

**T**arentini qui in ultima italia sunt: anno. i<sup>o</sup> regni **Ptolemei** cuius romanorum legatos de honestassent: et ob id bellum a romanis indictum esset: **Pyrrhum** Epyrotarum regem (de quo supradiximus) contra romanos auxilium poposcerunt. Qui mox cum. 20000. peditum et septem milibus equitum in italiam venit. Sed contra **Pyrrhum** missus est. **P. Valerius Leenus** consul. Qui cum exploratores pyrrhi cepisset: iussit eos per castra duci: ostendique omniem romanorum exercitum: ipsosque post modum dimitti: vt renunciarent pyrrho: que cu[m] romanis agerent. **C**onmisca vero pagina **Pyrrhus** elephantorum auxilio vicit: quos romani incognitos extinuerunt: et ex romani eo i prelio. 1800. capti fuerunt: quos summo pyrrhus tractauit honore: multosque defunctos honorifice sepelivit: quos (Autropio teste) cu[m] aduerso vulnera iesere truci vultu vidisset erectis manib[us] ait se orbis diuin fore potuisse si talesшибi milites existigissent. Heide romai. **P. Sulpitius et Decius** contra pyrrhum misserunt. Qui initio certamie: vulnerato pyrrho: interfecitque elephatis. xx. hostium milia ceciderunt. cesis tamen gneque romanorum milib[us]. Intericto vero anno **Fabrius Licinus** consul honoribus et auctoritate omni civitate temporibus suis maior: que **Pyrrhus** auro corrumperem non potuit (nondum enim avaritia romanos inuaserat). Erant tunc plane debilitate pyrrhi vires. Qui **Fabrii** imperium nequaquam sustinere confidens romanorum benigni uolentiam donis mercari tentauit. Unde et regias opes romanis transtulit: sed neminem iuuenit cuius domus munieribus pateret. Timens itaque res in siciliâ se transiit. Et **Fabricius** deuictis **Lucanis** ac **Hannibibus** triumphauit. Postmodum **Curius dentatus**: et  **Cornelius lentulus** rursus aduersum pyrrhum consules missi sunt: et ceso statim pyrrhi exercitu rex **Tarentum** aufugit. Cesaque sunt eo die bostum. xxiii. milia. Et **Curius de Tarentinis** triumphauit.

**Pontifex. 8.**

291 4908

**S**imon **Justus** Onie pontificis filius octauus hebreorum sumimus pontifex mortuo patre: hoc ipso anno pontificatus accepit: sed itaque. i<sup>o</sup>. annis. **Dic** propter piu culum: et iustum regimen: prouaque in suos ciues clementiam fuit cognomatus iustus. **B**emmetrius qui et **Polycrates Antigoni** filius: seruus **Elsie** rex anno. 24. **Ptolemei** i. i<sup>o</sup>. olympiade regnare cepit: et regnauit annis. i<sup>o</sup>. **C**uius vitam **Plutarchus** de scripsit. **Dic** ouaque inter **Antipatrum** et **Alexandrum Lassandi** **Acedonum** regis filios contendo de regno suborta esset: spe inuadendi **Acedonici** regni: **Alexandro** auxilium petenti tulit. **Sed** dum inter fratres reconciliationem presensisset: per insidias **Alexandrum** interfecit: et **Acedonie** regnum occupauit. **Instructis** deinde totis **Acedonie** viribus: cum totam asiaque aduersare statuisset: **Ptolemeus** et **Seleucus Lysimachusque** inita societate: bellum aduersus **Bemmetrium** in europam

## Prolemens Lagi

transtulerunt. Sed Demetrius a tot exercitibus circumventus cuj posset honeste mori: turpiter se maluit Seleuco tradere.

Cassandri Macedonii regis filii mortuo patre anno 20. regni Ptolemei Macedo- nibus regnare ceperunt: et regnarunt (teste Eusebio) annis. 4. Hoc Antipater Cas sandri filius Thesaloniam matrem (licet deprecatorijs vbi vitā deprecaret) occidit. Causam Parricidis Justinus i. 10. ep. dicens hanc fuisse. q post mortem mariti in divisione regni fuerit Alexandro p̄pensior: quod eo granum risum ē omnibus facinus: q nullum materne fraudis vestigium foret. Quapropter Alexander i. vltionem materne necis gesturus bellum cum fratre auxilium a Demetrio petit. Antipater autem a Lysimacho eius sociero opem postulat. Lysimachus ut Antipater mallet cum fratre in gratiam reuerti q paternū hostem i. Macedoniam admitti. Demetrius hoc audiens Alexandrum interfecit: oculū paternū hostem i. Macedonie regno apud exercitum se excusauit dicens se primo ab Alexander vocatū fuisse: et se vindicasse in Cassandri quā nō poruerat exigere de extincione domus regie in ipso interfectore patre Cassandro. Quibus verbis cū populus mitigasset: Macedonie rex appellatus ē: et Antipater ex socii consensu regno ces sit. Et tunc Demetrius duo sibi Hyademata imposuit. A sie. s. et Macedonie: regnauitq ibi annis. 5. et vastauit Samaritanorum urbem quam perdica constru- rerat.

## Virū doctrinis excellentes.

Benedemus phis (teste Eusebio) his temporibus claris h̄i. hic militiam primo exercuit. deinde ad Platonem concedens militiam deservit. Fuit honestate et grauitate celebris: et precipue auctoritatis i obiurgando. Fuit etiam magnanimus et liberalis. Corporis i eo sene vi iuuenie status extitit. Amabat poetas: et Homero maxime studebat. Hic prius ab omnibus ludibrio habitus in ranta postea admiratione fuit: ut ei civitatis gubernacula traderent. Et cum ob calūnam ad Antigo- num: nec induci posset: ut patriam eriperet: septem dies cibo abstinuisse feruit. Et sic septuagesimoquarto etatis anno aiam exhalasse. Fuit alius Benedemus phis Laloti Lampaceni discipulus.

Theophrastus Chresius phis p̄ hec tpa celebrat. Qui Platonem primo post Aristotelem audiuit. Vir quidem summe prudentie singularis studij eloquijqz admi- randi adeo ut cum antea (teste Laertio et Boetio super li. Periermenias) illi tyra- no nomen esset: ob dñinam eloquentiam Aristoteles Theophrastum vocau- rit. Hic circa trecenta librorum volumina edidit. Quorum isti sunt tituli.

Prior Analeticoz	li 3	De questionibus	li	24
Posterior Analeticoz	li 7	De dijs	li	i
De naturis	li 18	De legibus	li	i
De naturalibus historijs	li 10	De poetica	li	i
De motu	li 3	De oratorijs preceptis	li	i

Et multos alios quos omnes divina eloquentia preditos dicunt. Creditur et De- thaphisicoz libru qui Aristotelis inscribit compoſuisse. Ad hunc audienduz (teste Pamphilo in 22. mentarioz li.) duo discipulorum milia accedebant. Menandru comicum istituit: et Nicomachum Aristotelis filium discipulum habuit. Erat hoc ei semper i ore verbum. Sumptus preciosissimus tempus ē. Obiit anno 85. ex cuius sententijs vna hec preciosissima fuit. Unici fides coagulum ē amicitie: amico exhibere ea te decet: que tibi ab eo exhiberi velles. Scripsit p̄terea librum de nuptiis (ut ait Hiero. tra Iouinianum) In quo querit an vir sapiens ducat uxorem. Et cū diffinisset si pulchra ē: si bene morigera: si honestis parentibus nata: si ipse san- ac diues sit: sapienti inire quandoqz matrimonium statim intulit nō eē uxorem du- cendā et. qz impediunt philosophie studia: nec posse quēpiam liberis et uxori pa- riter inseruire.

Menāder poeta Comicus Theophrasti discipulus his tibis (Eusebio teste) p̄fā fabulam cognomento Origen superat. de qua Quidius de tristib⁹ sic ait. Fabu- la iucundi nulla ē sine amore Menātri. Et solet hec pueris: virginibusqz legi.

4910 289

m 5

Proleme<sup>9</sup> Lagi

Hic vel unus ut ait Quintilianus li. 8. de insti. ora. meo quidem indicio diligenter lectus ad cuncta que precipimus efficienda sufficiat ita omnem vite imaginem expressit. tanta in eo inueniendi copia: eloquendi facultas ita est omnibus rebus: personis: affectibus accommodatus. Hec ille propter que putauerat illū Quidam perpetuo duraturum cum de illo libro sine titulo dixit. Num fallax seruus durus pater est proba lena. Exerit et meretrix blanda menandrus erit. Huius hec fuit sententia que et apostoli Pauli ad Corynth. Corrumptum bonos mores colloquia mala.

Pibilemon poeta Comicus bac tempestate claruit. Qui in comediaz certaminibus Athenandrus sepe superavit: quod ille doctior fuerit. Hic teste Galerio in tertio ex inordinato risu quo captus fuerat videndo asellum sicus comedentem mortuus est. Demetrius Phalerens cognomento philosophus Theophrasti discipulus per hoc tempus floruit. Qui ut Cicero in primo de off. scripsit. disputator subtilis. Orator parvus ebemēs fuit; dulcis tamen. Hic apud Athenienses ob eximias eius virtutes annis. io. prefuit; ereisq; statu trecentis et sexaginta honoratus fuit. Civitate redditibus et edificiis auxit. Absens postea a quibusdam inuidis sententia de morte passus est: quin et illius imagines dirute: partim vendite: partim subuerse: et partis in frustra confracte sunt: una tantum in arce seruata. Demetrius at ubi compertū habuit athenienses suas imagines eueruisse ait. Virtutē nō euerterū: cuius grā illas ererant. Vicebat tñ i repu. valere eloquentiam quantū i bello ferrum. Et ut ex diversis collegimus monumentis multi fuerūt Demetrij. Unus fuit ex Alexandri magni ducibus. de quo hic paulo ante diximus: qui occiso Alejandro Lassandri filio regnum Macedonicū obtinuit. Alius fuit Philippi Macedonie regis filius qui cū romanis plurima bella gessit. De quo Linus li. x. de bello Macedonicō. Et Justinus li. 32. scripsere. Alius fuit Seleuci filius et frater Antiochi Epiphanis. Alius Calcedonius orator. Alius Byzantius philosophus peripateticus. Alius Statuarius. Alius Aspendius Apollonis discipulus. Alius Calontianus q; de Asia et Europa. xx. libros scripsit. Alius etiam Byzantinus qui Gallorum adventum ex Europa in Asiam scripsit. Alius atramitenus grammaticus appellatus Trion: quia Junonem iniurias in aliquo affecisse videtur. Alius Cyreneus grammaticus vir magni precij. Alius Sepius vir dives et studiosus. ali⁹ Eritreus grammaticus. Alius Bithinius fili⁹ Panecij Rhodij. Alius orator Smyrneus. Et bi oes psa scripsere. Alii et poetica scripserunt. Unus veterem Comediam scripsit. Alius Epicureus qui contra iuidos scripsit. Alius ex Tarso Satyricus. Uex hic Phalerenus (ut Laertius tradit) infra notatos edidit libros.

De legib⁹ Atheniensium li. 5	Deon	li i	De Trabe
De civib⁹ atheniens. li 2	De decenalite	li i	De senectute
De civilitate	Episcole	i	Socrates
De Odyssea	li 4	De fide	Aristonarchus
Prolemeus	li i	De gratia	De legatione
Almardius	li i	De fortuna	De pace
Pbedondas	li i	De magnificentia	De studijs
Meden	li i	De nuptijs	De tempore
Exhortatori⁹	li i	De ciuitate	De Iomib⁹
Jura	li i	Vero stylus ipse philosophicus oratio robore viri busq; permixtus fuit.	

Theodorus atheneus philosophus hoc tempore (teste Eusebio) floruit.

2914 Canticorum romanorum prima de Carthaginensibus.  
Qui diuulgatum esset apud Tarentinos pyrrhum ex humanis occisis anno. 30. regni prolemei noua arma contra romanos sollicitauerunt Tarentini a Carthaginibus auxilia postulantes. Sed a Romanis statim Carthaginenses vincuntur: quod uis hostes nodum indicati: senserunt tamen se a romanis posse superari.

4920 Lysimachus. 30. Macedonum rex anno. 30. regni prolemei pulso et imperfecto pyrrho qui in Macedonia mensib⁹. 7. regnauerat: et ipse occupato regno regnauit annis. 5. post quem regnauit. 31. prolemeus cognomento teraunos anno uno. post huc

## Ptolemeus Lagi

32. Deleagrus. et mensibus. Post quem Antipater: 33. regnauit diebus. 42. post quem Sostenes. 34. annis. et post quem antigenus Sognat. 35. regnauit annis. 36.

**E**leazarus Simonis iusti pontificis frater anno. 38. regni ptolemei Lagi filius mortuo Simone fratre: et Onia fratri parvulo: pro quo Eleazarus sacerdotis principatum obtinuit nono loco sedere cepit: et sedet annis. 17. Quo pontifice Demetrius ptolemeus philadelpho egyptiorum regi qui eum bibliothecae sue preficerat: dixit sibi fuisse nunciatus apud indeos eē legē dei viuentis ore editā: quaz nō nisi dei cultoribus transferre liceret: subiiciens q Theopompus ob eam causaz certus factus: et q penitens sanitati fuerat restitutus. Ita Demetrius obtinuit apud regē q ad Eleazarū indeorum pontificem epistolam cum muneribus mitteret. ita Ptolemeus rex ad Aristei persuasionem liberauerat omnes iudeos qui in egypto seruiebant. Tenuit autem epistole quam Ptolemeus ad Eleazarum misit talis est.

Bentem tuam que secus nos erat libertate donati arbitrans hoc deo esse incundum. Quorum quosdam militie assignauit: alios quosdam fidem probaueram constitui in palatio. Leges vero vestras in bibliotheca nostra ponere decreui. Bene ergo facies mittere nobis viros seniores qui valeant earum interpretationem caute nobis relinquere. Transmisi modo argenti. 100. talenta pro imolationibus facies. Et separauit ad cratheras et ligatoria facienda. 50. auri talenta et gēmas sine numero ad artificum optionem. Tu manda nobis que ex eis fieri volueris quod gratius amplectemur.

## Septuaginta interpretes florent.

Tunc anno. 4. regni sui mittens ad eum Eleazarus quod postulabat ita scripsit ad interpretandam legem quam postulāt mīli viros seniores de ynaquaq; tribu sex: legem scientes. Tue autem pietatis erit vel iustitiae ad nos eam caute remittere.

Cum venissent ergo qui legem interpretarentur ad regē: benigni ab eo suscepit ostendo regi legis Rotulo. Cuius tenuitatem et cartharum compagationem que oculis comprehendendi non poterat: qd littere auree in candore cartharum valde legibiles apparerent: conspiciens satius admiratus est. Singuli igitur Augustino teste is. de ci. dei. c. 42. in singulis cellulis reclusi. 72. diebus legem de hebreo in grecum transtulerunt: sic concordes in translatione: qd sine aliqua verborum aut sensus dissonantia transtulerunt: quam ab ynnuersis iudeis qui tunc in illis reperti sunt locis audiram in publico: et consensu omnium approbatam. Demetrius tulit ad regem. Eaqz coram ipso replicata astantibus interpretibus: vt ei auctoritate rex daret. Rex hoc se facturum respondit: si eam ita caste corrigerent: vt quod semel iudicatum esset: non irritare cogeretur. Ptolemeus itaqz ab eis doctus de ynius dei cognitione et regni gubernatione ipsos cum muneribz honoratos ad Eleazarum transmisit. Et in templum prepter yasa mensam etiam auream gemmis ipreciabilibus insignitam transmisit. Et licet alijs sub novo testamento fuerint translatores qui de hebreo similiter transtulerunt: sicut Aquila. Symachus. Theodotion. et quinta editio cuius auctor ignoratur: his tamen omnibus septuaginta interpretes preferuntur. Novissimus omnium presbyter Hieronymus vir doctissimus: trunq; linguarum cognitione clarissimus: eam ex hebreo latinam fecit. Cuius littératum labore (vt ait Augustinus) quis inde contendat esse ceteris yeriorem ecclesie tamen christi tot hominum auctoritati neminem iudicant preferendum. Hec ille.

**P**tolemeus philadelphus secundus Egypti rex anno. 32. Iudaice captiuitatis. olympiade autem. 124. Egypti regnare cepit: et regnauit annis 38. Bic Ptolemei Lagi minimus filius erat: cui contra ius gentium pater ante infirmitatem regnum tradidit. Cuius non minor fauor in accipiendo: q patris in tradendo regno fuit. Inter cetera (vt tradit Justinus) patris et filij mutue pietatis exempla: etiam ea res amorem populi iuueni conciliauit. q pater regno publice ei tradito priuatus officiuz regi inter satellites fecerat: omniq; regno pulchritus regis se esse patrem duxerat. Quippe doctissimus vir: Stratonisq; philosophi

Non ponit

4922 277

4924

Ptol. phi  
ladelph?

4927 278

Ptole. Phila.

discipulus fuit. Qui bibliothecam illam noīatissimāz fecit: que vscz ad p̄mum alexandrinum cum romanis bellum duravit. Hic indeos sicut prediximus qui in egypto erant liberos esse permisit. et vasa votiva Eleazarō pontifici hierosolymāz transmittens diuinās scripturas in vocem grecā ex hebreā lingua per. 70. inter̄ pretes transferri curauit. Quas in Alexandrina sua bibliotheca habuit: quam si b̄i ex omni litterature genere comparauerat. Huic Heronica mater fuit cui a p̄bi lomene regis prefecto (teste Plinio in vlti. nālis hist.) topacium importatum fuit: quod illi mire placuit: ex quo postmodum facta est statua vxori sue Asinoe quattuor cubitorum: et sacrata in delubro quod aureum cognominabatur. Ex ea suscepit Pto. Euergetem: et Heronicā filiam: quam Antiocho vxorem dedit: qui Seleucus regis erat filius.

Pharus turrī maxima (teste Plinio lī. 35<sup>o</sup>) a Philadelpho anno .2<sup>o</sup> regni eius in Alexandria cōdita fuit. Que cū nauigantib<sup>z</sup> lumen in nocte exhiberet: ac inter se p̄tem mundi spectacula cōnumeratur. Super enim quattuor canceris ritreis ī mari fuit constructa. Alis vero ab Alessandro magno. Alia Sostrato Hnydio extructam ferunt: que est altitudinis passuum. xx. et palmis superabundat. Unde Quidius lī. 2<sup>o</sup> sine titulo ad Iosim ostendit dicens. Que colis et memphi palmiferamq; pharon.

4930 Antiochus Sother Seleuci filius secundus Syrie rex anno. 4<sup>o</sup> regni philadelphi i. 125. olympiade Syrie et Asia regnare cepit: et regnauit annis. i. 10. Ab hoc reliqui Syrorū reges Antiochi cognominari sunt.

4932 267 Antigonus cognomēto Hognas. 35. Macedonum rex anno. 5<sup>o</sup> regni philadelphi post multas regum tempestates macedonibus regnare cepit: et regnauit annis. 35. Hic regno paterno et tyranno: uz manibus obtento: mox in Syriam ubi Demetriū parrem mortuum audierat cum multis nauibus adnauigauit. Sed cum prope insulas peruenisset ad eum (vt plutarchus ait) patris cineres delati sunt. Quos acceptos et aurata vrna inclusos ī puppi regie nauis in qua ipse degebat colloccari iussit. post hec versus Corinthū cū omni classe nauigante repente Antigono ciuitates multe occurrerūt quib<sup>z</sup> illi alie coronas quas vrne imponerentur: alte boies qui lugubri ueste corpus honestarēt: certatim mittebant. Ferebāt itaq; vrna ī magna eminentiōz puppi regia purpurea dyademate ornata: et astantibus luminibus circunsepta qui fulgentes vndiq; armis defuncti imperatoris memoriam renouabant. Aderat etiam Xenophantes modulator: elegantissimus qui icredibili suavitate sacrū canebat carmen: et ipsi remiges tanta cum iucunditate flactus ciebāt: vt remoz pulsu Xenophantis pulsantis carminibus responderent: flebilemq; cōcentum efficerent magna cum sonoritate coniunctum. Cum vero prope corintiū cōtinēti applicuissent multitudo que ad ea littora conuenerat: ubi Antigonum humilem: abiectum: lachrymisq; refertum conspergit ingenti adolescentis misericordia cōmota: vulatum: gemituq; incredibilem edidit. Vrna deinde cum omnibus ornamentiōz Demetriadē delata ē. Nam quidem yrbe a Demetrio cognominatam populi veluti propriam sedem habuerūt.

**D**unica bella p̄ima hic incipiunt:

4939 Anno. 477<sup>o</sup> ab yrbe condita. tr̄s. regni Philadelphi. olympiade antem. 127<sup>o</sup> cum iam clarum esset romanorū nomen: et extra italiā nondum essent mota arma. habitus ē cēsus: vt cognoscere: que essent romanorum copie. Inūtaq; sunt ciuitum capita cxxij. iis. et xxxiiis. Tūc primū susceptum ē belluz. ptra aphros. p Sicilia et Sardinia: ptra quos Apins Claudius. Q. Fulvij cōsulis collega electus ī Sicilia ciuitate victor: de ipsis ac bicerone Sicilie rege triumphauit. Sequenti anno Valerio Marco consule Tarentini Catineses et alie ciuitates vīcte in romanorū fidē devenerūt. Anno deinde post. M. Regulum. et L. Manlium consules contra Amilcarem aphrorum ducez miserūt: quem magna virtute vicerunt captiō eius nauib<sup>z</sup>: sūt demersis: aut fractis. Tres debinc aphrorū duces deuicit. Marcus Regulus

## P. Philadelphus

multisq; occisis elephantes complurimos cepit: z. 27. captiuorum milia Romam misit. Inter hec in Aphrica apud fluuium Bragedam serpentem immense magnitudinis occidit: cuius corum. 120. pedum longitudinem habuit: Romanos delatuos aliquamdiu cunctis miraculo fuit. Tunc uicti carthaginenses pacem petierunt. Quia cum Regulus dare nolleret: nisi gravissimis conditionibus aphri accitis precario lacedemonijs Regulum cum omni exercitu ultima pernicie devicerunt. Ita ut duobus tantum romanis fugientibus. 30. milibus occisis. Ipse Regulus cum quingentis captiuis in vinculis teneretur. Posthec. Ad. Lemylio Paulo et Servio Fulvio nobiliore consilibus nauali: terrestriq; prelio ita aphros superauere: ut ducantis hostium milibus occisis: captiisq; centum et triginta elephantis carthaginenses. Ad. Regulum mitterent: q; captiuorum permurationem imploraret. Marcus igit Regulus teste Aug. li<sup>o</sup>. p<sup>o</sup> de ciuitate dei. c<sup>o</sup>. i<sup>o</sup>. z. 24. et. li<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup>. et. li<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>. 4<sup>o</sup>. z. li<sup>o</sup>. 5<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>. 18<sup>o</sup>. cum legatis carthaginensibus Romam mittitur: prestito prius iuramento: ut si romani non assentirent permutationi carthaginem rediret. Qui cum Romam venisset in senatu legationi sue contraria persuasit: afferens no esse utile romanis propter ipsum iam senem tot nobiles captiuos permutare. Quod et factum est. Unde carthaginem rediit: romanis offerentibus et ad moram eum bortantibus. Et quia iurauerat redire prelegit. Aphri vero enim in angusto ligno incluserunt: quem acutis clavis confixum: palpebrasq; circumscisum usq; ad mortem stare ac vigilare fecerunt. Ex hoc colligimus inter primū et postremum carthaginense bellum: Romā in optimis moribus et concordia fuisse. Quod etiam Galustius testatur. Ibius causa fuit carthaginensi metus. Et ideo Scipio ille nasica carthaginē nolebat euerari: ut eius metus in bonis moribus ac concordia Romam teneret. Nam post carthaginis eversionem de optima facta est pessima: quia boni mores torrentis more precipitati sunt.

**A**ntiochus cognomento Theos filius Antiochi tertius Syrie rex anno. 25<sup>o</sup> regni Philadelphi Syris regnare cepit: regnabitq; annis quindecim. Dic Justino teste cum haberet uxorem in federe ab ipso cum Philadelpho rege inito: qui aduersus ipsius pugnauerat: prima uxore Laodicea repudiata: Heronice Philadelphi filiam duxit uxorem. Sed cum Laodicea in viri gratiam rediisset: Antiochum virum suum: et quem ex Heronice filium suscepserat veneno sustulit: Aribemonēq; regie stirpis Antiocho simillimum dissimulādi sceleris gratia proinde quasi ipsius regem egrum in lecro collocavit. Cumq; omnem ademisset populum: eius sermone et consimili ructu ipsum fecellit. Crediderunt itaq; omnes ab Antiocho moriente Laodiceaz et eius natos sibi commendari. Sepulto vero Antiocho Antiochū Galericum filium regem constituit. At Heronice filis priuationem grauiter ferens currum armata descendit: et persecuta Eneum satellitem crudelis operis ministrum: quez hasta frustra perierat: sarcina prostravit: ac super eius corpus actis equis inter infesta contrarie partis agmina ad domum: in qua interfici pueri corpus occultari arbitrabatur perrexit.

495*i*

## Cirri doctrinis excellentes.

**Z**enon Stoicus philosophus anno primo Philadelphi teste Eusebio cognoscitur: Cuips sententia inter notabiles bec memorabilis fuit. Sepultus apud te sit sermo quem tu solus audieris. Feruntur autem eius libri duo de perturbationum sedatione. De voluptate quattuor. De divinitijs et gratia vnu. De hominum vsu. De sic citate. De antiquis regibus. De iis que laudantur. Anno autem. 21<sup>o</sup> Philadelphi. vite vero sue. 8<sup>o</sup> media consumptus interist.

**C**rispus Stoicus philosophus Elius per idem tempus vna cum Zenone floruit: q; anno vite sue. 80<sup>o</sup> adeo subtiliter librū cōposuit: ut ad ea que sibi p̄scripsit penitus cognoscenda longa vita opus esset: sicut testatur. Valerius libro octavo. Ex eius notabilibus sententijs hec vna fuit. Sapiens nulla re eget: et tamen multis rebus illi opus est. Contra stulto nulla re opus est. Nulla enim re seit vti: sed omnib; eget. Et hi stoice secte auctores fuerunt.

P. Philadel.

## Stoica secta hic initium habuit.

**H**orum sententia fuit posse omnium perturbationem et metibus hominum eradicari. **E**t hoc idem senserunt veteres academici. **A**ulte fuerit stoico sententie: inter quas hec principue sunt. **I**d summum bonum esse quod honestum est: nihilque deesse ad recte vivendum ei in quo virtus. **S**tultus enim eisdem oia virtus habet: sed non in omnia natura pronus est. **P**olemon philosophus atheniensis his temporibus agnoscitur: quod Laertio teste eius iuuenis esset impudicus ac lubricus fuit. **N**erum cum ex condicione aliquando ebrios cum sodalibus scholam Xenocratis irrupisset: ubi eius de pudicitia orationem audiuit: ita seipsum collegit: ut dimissa luxuria industria ac studio ceteros vinceret: eisque in schola succederet. **C**rat enim hic Urbanus adiuncta senecta constantia: nec quemquam sedendo: sed deambulando docebat. **E**t propter sumimum probitatis studium in ciuitate maxime honoratus est. **O**lympiade autem. iij. vetulus ex hac vita migravit.

**A**ratus asianus poeta clarissimus hoc tempore teste Eusebio floruisse dicitur. **H**ic primo odysseam Homeriam Henone stoico didicit: et apud Antigonum Macedonum regem moram traxit: et cum astrologie ignarus esset: de astrologia librum scripsit elegantissimum: dicente Cicerone libro primo de oratore. **C**ostat inter doctos homines ignarum astrologie ornatissimum: atque optimis versibus Aratus de celo scilicet dixisse et conscripsisse.

**S**trato lampacenus philosophus eloquentissimus: Philadelphi preceptor: a quo talentis trecentis donatus fuit: per hec tempora floruit. **Q**ui in speculatione physica per ceteris diligentius speculatorum est. unde et Physicus postmodum est appellatus. **S**cripsit de regno libros. 3. De iustitia. 3. De diis. 3. De magistratibus. 3. De regia philosophia. De fortitudine. De celo. De spiritu et de multis alijs rebus. Fuerunt autem octo Stratones. **P**rimus Isocratis auditor. **S**econdus hic ipse. **T**ertius me dicus. **Q**uartus historicus scriptor gestorum Philippi et Perse qui praeterea romanos bella gessere. **S**extus poeta epigrammatum. **S**eptimus antiquus medicus teste Aristotele. **O**ctauus peripateticus: qui vixit Alexandrie.

**S**ilpon physis Megarensis: qui et imitatione: eloquentia et sapientia tantum precessit aliis: ut parvum absuerit quin omnis grecia in illum intenta in Megaram transisse dicere. **C**icero vero libro de fato dicit illuz fuisse acutum hominem: maximeque suis testimoniis approbatum. **H**ic cum capta aliquando esset eius patria: et omnibus eius bonis amissis solus et nudus euadens interrogaretur an oia perdidisset: **R**espondit: **O**mnia mea bona mecum porto. **P**ectorum enim illa non in scapulis gestabat.

**C**ratee philosophus arbenensis academicus Polemonis auditor: eiusque successor (teste Eusebio) his temporibus floruit. **H**i magister scilicet et discipulus adeo se inuenit amauerunt: ut pro Laertio sententia eadem semper studia sint consecuta: et mori eodem sepulchro dispositi: quos Autagoras in hac sententiam versibus exornauit. **H**oc tumulo Cratem ac Polemonem conditos fatere: qui transi o hospes: viros consentiu amorem preciosos: quorum diuino ex ore doctrina manauit sacra: viteque mundices sapientie adiuncta. **B**abuit Crates discipulos memorabiles: in quos fuit Arcesilaus: Dion: et Theodorus. **F**uit et alter Crates philosophus Lycinus patria Thebanus: qui etiam his ferme temporibus floruit. **D**ioigenis discipulus: quem Hieronymus scripsit iecisse in mare magnum auri pondus: dicens: **A**bi a me venenum dinitiarum. **N**am vos potius mergam: quam ipse a vobis demegar. **F**uit autem ante ipsum Lycinus fieret vir dives: qui non nullus ex suis eum a propenso auertere conatus baculo persequebatur. **O**bisit senex et incurvatus. **E**xire etiam alij Crates: quorum unus orator ex Isocratis familia. **A**lter Vallorum effessor: qui cum Alexandro militauit. **A**lius physis peripateticus. **A**lius geometrus. **A**lius poeta epigrammatum. **A**lius academicus.

**E**rasistratus medicus atheniensis secundum Eusebium his temporibus clarissus fertur. **H**ic in medicinis eximius fuit ex Aristotelis familia natus. **Q**ui cum Antiochum regem sanasset: centum talentis donatus est a rege Ptolemeo eius filio: ut testis est Plinius libro yigesimono naturalis historie.

P. Philadel.

**L**icon philosophus Troadensis per hec tempora clarus agnoscitur, vir eloquens et medicandis: instruendisq; pueris maxime idoneus. Hicebat adiungi necessario pueris pudorem et laudis studium velut equis calcar. Erat habitu mundissimus: et vestium incredibili mundicie: nitoreq; corpore fortissimo exercuit se pile ludo: te nuit schole principatum annis quadraginta quatuor: et fessus morbo podagre anno vite sue septuagesimoquarto interist. Quere et alij licones. Primus Pythagori cus. Secundus hic ipse. Tertius versicator. Quartus epygrammatum artifex.

**T**imon Apolloniates philosophus hac tempestate floruit. Hic iam vir et egenus in Lacedoniam iuit: ibiq; philosophiam et orationem arte didicit ac exercuit. Tarus deinde fuit Ptolemeo Philadelpho. Scripsit poemata diversa. Tragedias. &c o. Comedias. 30. et multas Satyras. Fuit et aliis philosophus Nicanus. Alius oratorum studiosus.

**R**omani. Hn. Gernilio Cepio: et L. Sempronio Hleso consulibus secundum Trium in sexto: et Ensebium navalium prelio carthaginenses cum. 250. navibus anno vigesimali regni Ptolemei olympiade. 131. superarunt: multasq; urbes ceperunt ex Lybia. Sed redeentes cum optimis spolijs naufragium passi sunt: quos adeo oppressere calamitates: ut decreuerit senatus a maritimis prelijs abstinere. Hoc tempore Argenteus primus in yrbe secundū prefatos testes figuratus fuit.

**D**anases decimus indeorum pontifex Eleazari predecessoris quinculus pontificum suscepit anno. 30. regni Ptolemei: et sedet annis. 32. de quo nihil memoria digna inuenimus.

Pontifex x<sup>2</sup>  
4958

**Pax romanorum cum  
Carthaginensibus.**

**R**omani Claudio Dulcibro: et L. Junio cōsulibus anno trigesimotertio. Ptolemei a carthaginensibus superati sunt: qui ex. 220. navibus rix cum. 30. effugere potuerunt. Nam. 90. cum pugnatoribus capte fuere: relique vero demerse. Annus consularum naufragio classem ammisit. Elati ex hoc Aphri sequenti anno in italiam nauigaverunt: et vniuersa peruvagantes littora multa intulerunt damna. Deinde anno. 23. bello punici. Luctatus consul cum eius collega Aulo posthumio senatus iussu eis trecentis navibus contra Aphros habentes in mari. 400. naues pugnauerunt: vi etoreshq; fuerunt: capti. 20. Aphrorum navibus demersis. 25. et. 32. hostium milib<sup>9</sup> captis: tredecimq; occisis. Unde infinitum aurum: argentiq; pondus in romanorum potestatem redactum est: sed et ex romana classe. 12. naues submersae sunt. Verū aphri bello attriti pacem a romanis petiere. Que hac conditione concessa est: ut Gardi romanis parerent. In ea pace conditione captiui romani: quos carthaginenses captiuauerant: liberati sunt. Petiere etiam carthaginenses: ut suos redimi liceret: quod sine precio quoq; concessum est. Sub his etiam conditionibus carthaginenses cum romanis pacem fecere: ut eis continuos viginti annos tria argenti puri et lentoū milia persolverent.

4951

**H**iero Syculorum primo dux: postea rex bis temporibus in romanorum amicitiam teste Linio: in isto venit: ut Justinus scribit lib. 24. pulchritudo corporis: et admirabiles vires fuerunt. Fuit in eloquio blandus: in negocio iustus: in imperio moderatus adeo ut nihil nisi regnum ei deesse videretur. Quibus doribus ornatus dux aduersus carthaginenses motu consentiente omnium civitatum favore rex Siciliae creatur: de quo plura ibidem leguntur.

**Parthorum regni principium.  
Et primo Parthie descriptio.**

**P**arthia Asia regio maxima est: et duum pars sunt orientalis Scythie. Hec ut Ptolemeo visum est: ab ortu Ariae habet: et Asidorum montem ab occasu ad meridiem Germanicam desertam: a septentrione Hyrcaniam. Julius Solinus: Parthia

**P. Philadel.**

rubro mari a meridie claudit hyrcano solo. **D**ic partibicum imperium circumscripsit et divisum in. i8. regna dixit: et. x. superiora ab Armenico limite et Caspicio litore incipientia ad terram Scytharum porrecta: quibus cordes essent reliqua septem inferiora. Strabo refert parthorum loca optima esse: et montibus clausa; habetqz montes frigidissimos: et planiciem admodum calidam: paruam tamen fuisse ab initio partbiam dicit: sed temporis successu auctam: Camesinamqz et Cormaz et totam fere regionem usqz ad Caspias portas: et Aragos: et Zapiros: que prius Medorum erant ad partbos transisse: atqz Upamiam et Heracliam insignes vrbes et Rhagis vias in partbia videtur describi. Parthos bellaces eē et a Sythibz oros ferunt: qui et ppter preclaras in bello facinora adeo claruere ut finitimus semper aliquid ademerint: eorumqz imperium ita aurerint ut vim Scythis multam attulerint. Parthorum sermo ex Scythico et Medo commixtus: omnes equitare et sagittare magna industria docent liberos: pugnantqz procurrentibus equis: aut terga dantes sepe fugam limulant: ut in cauiores insequeentes habebant. Signum his in plio non tuba. sed tympano dabat: nec pugnare diu poterat: de gbus Lucan⁹. Pugna lenis: bellumqz fugas: turmeqz vagantes Et melior cessisse loco: qz pellere miles:

Ulla terra dolie: nec martem cominus vñqz

Ausa pati virtus: sed longe tendere nervos

Et quecunqz velint permittere vulnera ventis. **H**is aurā argentiqz nullus: nisi in armis est usus. **S**orores dulcedine libidinis singuli plores habent: nec vlla adulterio delicta grauins puniunt: ppter qd feminis coniuncti viroꝝ nō tm̄ interdicunt: sed etiam aspectum. Quare dixit Macrobius: Parthi cū concubins: non cū cōiu gibis quinia ineunt tanqz has in vulgus prodire et lascivire deceat illas nō deceat. **C**ande Léutilus apud Lucanum l⁹ 8⁹ adeo libinosos dixit: ut rejecto pudore nature cum sororibus et filiis misceantur. **N**it enī: **Z**ot feminis complexibus vnu laxat nor tota marem: iacuere sorores In fratruꝝ thalamos: sacrataqz pignora matrum. Sepultura parthorum et maxime vulgi: aut avii: aut canum laniatus ē. **M**u da demum ossa terra obruunt. **H**oz ingenia timida: sedicioſa: fraudulēta: procacia semper in externos: aut in domesticos motus inquieti principibus metu non pudo re obedirent. In libidine projecti: in cibum parcifides dicit: pmissiqz nulla nisi qua tenus expediatur. Parthi primo assyriis postea medis: deinde persis. Quarro loco Macedonibus post mortem Alexandri magni Macedones inter se civili bello pertidentes Eumeni se tradiderunt. **E**o victo ad Antigonum transiere. Post hunc a Nicanore Seleuco et Antiocho et successoribus eius possessi sunt. **V**enit auctore Arsace Parthi a Macedonibus defecere: et hoc propter eorum discordias. Nulluz enim tam grande imperium quod civilis discordia non euertat. Et propterea prius ibi regnauit Arsaces.

**Parthorū reges.**

**A**rsaces igitur primus parthorum rex olympiade. i33. annos scilicet. 37⁹ regni Ptolemei: imperij sui initium sumpsit: a quo postea parthiani reges Arsacide dicti sunt. Nam sicut reges omnes albania Silvio Enée filio dicti sunt Silvii: et Romani imperatores Augusti vocatur Egypti: Ptolemei: sic Parthiani: Arsacide ab Arsace primo eorum rege: cuius originem Trogus incertam dicit. Qui solitus latrocinijs vinere accepta opinione: q Seleucus a Gallis: etianis virtus esset: cum predonum manu parthiam ingressus est: morisqz regionis prefecto opppresso: et imperiū partibicum inuasit: et aliquarum ciuitatum dominio potitus est. Paratoqz grandi exercitu contra aduersarios se tutatis est. Quibus sublatiss libertatem gentis sue acquisiuit: formamqz viuendi regno dedit. Nam magistratus constituit: qui bellī ac pacis viuversa regni acta gererent: ordinatoqz optime regno in matura senectute decessit.

**A**rsaces scōns bnius filius mortuo patre in regno successit: q aduersus Antiochum Seleuci filiū centū peditū milibus: et xx. milib⁹ equitū instructū tāta vītute pugnavit (sicut scribit Justinus) ut ad postremū in societate eius reciparetur.

## P. Philadel:

